



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

15. Unde & cur Antiphonæ, quando duplicentur, &c.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

bas (qui obiit Anno 1020.) Græcos imitatus
 musicos syllabis ad musicam docendam usos,
 Ex fine Hymni *ut queant laxis resonare fibris mi-
 ra gestorum famuli tuorum* &c. notas has vel syl-
 labas *ut re, mi, fa, sol, la,* adinvenit. Demum
 6. Hymni significant fortitudinem & Majesta-
 tem Dei, ejusdem vel beneficia vel facta mi-
 randa teste Hieron. unde & stando eos canta-
 mus ob reverentiam, & ut ostendamus nos sur-
 sum ad Deum habere corda nostra.

15. Unde & *cur Antiphona, quando du-
 placentur, &c.*

DE Antiphonis nota seqq. 1. *Antiphona* idem
 est, ac *Vox opposita, consonans, reciproca.*
 Quia inchoatur ab uno unius Chori, & ad ejus
 Symphoniam cantatur Psalmus per duos Cho-
 ros, & cum ipsa Antiphona postmodum con-
 junguntur simul duo Chori. Hinc usu recep-
 tum est; ut sententia, quæ Psalmum aut Can-
 ticum præcedit, Antiphona dicatur. 2. Autor
 Antiphonarum in Ecclesia græca est Ignatius An-
 tiochenus ex Cassiod. post quandam visionem
 Angelorum; quos vidit unum ad alterum con-
 versum, cantantes *Sanctus, Sanctus, &c.* Græ-
 cos imitatus primus inter Latinos Ambrosius
 Antiphonarum Autor est circa annum 383. vide
 August. l. 9. Confess. c. 6. 3. Dicuntur Anti-
 phonæ semper cum Psalmis; ut, sicut Psalmus
 significat teste Hieron. opus bonum, ita innu-
 atur id nec sine Antiphona debere esse, quæ suâ
 combinatione seu repetitione ante & post Psal-
 mum

num significat diversorum unionem & caritatem, sine qua utique nullum opus bonum facit concentum Deo gratum. Observent hoc cantes in Choro sæpè inter se divisi animo. 4. Quia in solemnioribus festis majorem caritatem ostendere debemus; hinc in festis duplicibus Antiphonæ duplicantur. In Semidupl. & Simplic. quod pars Antiphonæ ab initio Psalmi dicatur, & integra in fine, significat, inchoatam in hac vita caritatem consummandam esse in fine vitæ. Quando autem tempore Paschali sub una Antiphona plures dicuntur Psalmi, id denotat ex Paschalibus Sacramentis & gaudiis ita fervere Clericos, ut non egeant pluribus Antiphonis accendi ad caritatem. 5. Ad horas minores (quæ humilius celebrantur, quæ Matut. & Vesperæ) una dicitur Antiphona; quæ desumitur in festis communiter à Laudibus quartâ prætermisâ: quia hæc est Antiphona pro Cantico non pro Psalmo. Prout scilicet Canticum à Psalmo contradistinguitur.

16. *Varia de Psalmis.*

DE Psalmis nota sequentia. 1. Titulus hebraei Psalterii est hic: *Liber Hymnorum, seu Laudum divinarum.* Psalmus Græcis idem est, quod Latinis *Cantus sive sonus*, qui fit manibus pulsato Psalterio. Psalterii Autor post Spiritum S. non tantum secundum maximam sui partem, quod certum est, sed etiam eorum Psalmorum, qui carent titulo, imò & qui aliter præferunt autorem, juxta communioem est sanctus